1584

26/XI 1607

Sabbatho in Crastino festi Sanctæ Catherinæ Virginis et Martyris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Septimo.

Popiel, Popiela Quietat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis præsentibus Castrensi Capitanei Præmisliensi Nobilis Roman Popiel Kolodrub olim Nobilis Hrehory Popiel Bernatowicz Kolodrub Filius Sanus mente et Corpore exnis a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo præsenti vero Castrensi Capitanei Præmisliensi Jurisdictioni quoad actum modernum attinet Secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobilem Hrehorium Popiel Kolodrub Owsiadkowicz eiusque Posteros de Protestatione criminali nomine suo Recognitis per Nobilem Joannem Popiel Kolodrub Bernatowicz Patruum suum contra eundem Nobilem Hrehorium Popiel Owsiadkowicz coram Actis Castrensi Capitanei Præmisliensi facta Tum de Pœnis quibusvis exinde emergentibus prætensionibus quibusvis ac damnis et iniurijs sibi Recognitis per eundem Nobilem Hrehorium Popiel Owsiadkowicz factis et illatis ob plenariam satisfactionem quietat, emittit, dimittit, liberumque et absolutum perpetuo pronuntiat Protestationem eandem Damna et Iniurias in toto et per omnia cassat, mortificat et annihilat, sibi et suis posteris ratione præmissorum perpetuum imponendo silentium.

G: Grochowski G Krasicki Pocillorem Terræ Præmyslien Quietat.

Coram Officio et Actis præsentibus Castrensi Capitanei Præmisliensibus Comparens personaliter Generosus Olbrachtus a Grochowce Grochowski Sanus mente et Corpore exnis a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo

præsenti